

peto, miratur tot nobis opus esse libris. *Anton.*
 Nihil mirum, præsertim quum sit pauper: sed in-
 terim esto animo bono, nec te afflictes, quæso.
 Dabo operam, ut te juvet pater meus: Libenter
 enim largitur pauperibus, præsertim iis, quos
 novit bonarum literarum studiosos esse. *Bern.*
 O me felicem! tuâ operâ si me Deus adjuverit. *A.*
 Juvabit, spero. Sed tu interim precare illum di-
 ligenter, ut mei patris animum erga te affectum
 reddat. *Bern.* Rectè mones. Nam (ut sæpè au-
 divi è sacris concionibus) solus est Deus, qui ho-
 minum corda gubernat ac dirigit. *Anton.* Ita re-
 habet. *Bern.* Vale, mi Antoni, qui mihi animum
 reddidisti. *Anton.* Tu quoque Bernarde vale.
 Sed dic mihi, quæso, quantum nummorum tibi
 opus est? *Bern.* Si duos haberem decusses, abun-
 de mihi esset in præsentia. *Anton.* Tace: cras (ut
 spero) divinum auxilium senties.

COLLOQ. XXII.

*Frigoris depulsio ad ignem seu hypocausti,
 seu culinae.*

PHILIPPUS. WERNERUS.

Wo gehtst du hin? in die Küche
QUÒ nunc is? *Wern.* In hypocaustum. *Phil.*
Was ist das? das ist ein Keller, wo man die Speisen kocht
 Quid eò. *Wern.* Hoccine rogandum est;
 Non frigus sentis? *Phil.* Quotusquisque nunc
 non sentiat, quum adeò sit acerbum? Sed ego
ich bin froher, als du bist
 malim me in culinâ calefacere. *Wern.* Atqui
in der Küche kochen
 Præceptor vetuit. *Phil.* Non ignoro, Sed ro-
das ist verboten
 gabo
ich will es doch
ich will es doch